



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

Quæstio 1. Quo leto perierit Iudas.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

Gratiam
sufficientem
habuit.

§. 2. Pœnitentia igitur Iudæ, fide, spe, caritate destituta, naturali facti impij horrore agitata in desperationem miserum præcipitat. Cum enim non crederet in D. i misericordiam, nec speraret, nec amore Domini sui moueretur, nihil iuuit peccatoris non vera pœnitentia. Boni initia habuit, ad metam non peruenit. Malum deferere studuit, ad bonum se non conuertit. Lucis ea portione donatus est, ut peccatum agnosceret, sed ea usus non est, ut se conuerteret. Quare etiam hoc loco apparet, hominem detestabilem post proditorem gratiam accepisse, qua pœnitentiam agere, & ad Dominum proditum se conuertere, ac veniam impetrare potuisset, sufficiens enim illi gratia collata est. Errant igitur, qui conuerti potuisse negant, aut exitum eius in Deum conferunt. Bullingerus recte hoc loco iudicat: & prolixè contra suos scribit. [Vnde non est, quod hic Iudam excusemus, omnem perditionis culpam rejiciamus in Deum, qui non traxit Iudam, aut ullam ei gratiam concesserit. Habuit hic proculdubio talentum suum, commotus est animus eius pœnitentia, verum non negotiabatut fideliter tanquam frangi seruus, superante in ipso bonum illum spiritum malitiosa impietate & contemptu verbi veritatis. Petrus ceu frangi seruus simul atq; sensisset Spiritus impulsu mox verbi Dei recordatur, Iudas ne semel quidem vllam Dei promissionem aut vllum Christi sui verbum de remissione peccatorum reuocat in memoriam, sed desperans protinus de misericordia Domini proxima recurrit ad laqueum: ideo verò pœnitentia eius non fuit efficax. Exceperat cor eius semen Dei boni, Domino ipso in core eius bonum seminante semen, sed quia malus ille, semen quoque suum seminauit, quod felicius enascens culmum boni seminis oppressit, locum germinauit, ritumque nusquam apparuit. Vide ergo quis culpam perditionis gerat, iustissimè Iudæ Dominus an Iudas iniustissimus: qui verbum Dei, quod pridie & antea frequentissime iudiciorum Dei securus, tanta contumacia contempsit, quanta sibi fide ab ipso Domino proponebatur. Non ignorabat quid faceret miser, nec omni carebat lumine, sed malitiosus plus dilexit tenebras quam lucem, vnde merito perit nunc in tenebris. Quisquis. n. per omnem vitam suam nunquam magni fecit verbum Dei, nec vquam concessa sibi Dei dona excitare voluit, sed desideria huius sæculi perpetuo admiratus est, & carnem suam nutrit, difficulter sub finem vitæ respicit verè. Tamen si benignus Dominus sub finem vitæ istius redeat tandem, ac pro immensa bonitate sua Spiritu suo sancto attingat cor eius, excitans ad pœnitentiam, iamq; iste quoq; pœnitere incipiat: simul tamen recurrit cõsuetudine inuenerataq; impletas, & scintillam illà Dei in cor susceptam exstinguit, bonum semen suffocat, efficitq; ne opus cœptum per dominum absolueretur, atq; sic percat homo oppressus in peccatis suis. Id quod Iudæ omnino in præfenti vñ venit, cuius pœnitentia his processit gradibus, pœnitet, dolet, confitetur peccatum diserte dicens, Peccaui prodens sanguinem innoxium: damnat ergo & execratur peccatum, præterea sanguinis pretium restituit, imò & cum indignatione quadã projicit ad pedes sacerdotum in terram, quali dicat, Maledicta sit pecunia illa, pro qua dominum meum vendidi: sed & discedit ab impijs sacerdotibus, sicut & Petrus excelsit ex atrio Pontificis: verum ille per desperationem proxima festinat ad laqueum, hic se melioribus rebus in certa spe misericordiæ Dei conseruabat. Itaq; nihil profuerunt Iudæ omnia illa pœnitentia opera quæ præcesserant. Caruerunt enim clauo, caruerunt fide in Dominum Iesum iustificatrice, caruerunt spe, de qua dixit Apostolus, spe saluati estis.]

Hæc Bullingeriana omnia falsa sunt, si negatum est misero donum, quo posset conuerti. Adhuc illi donum

quo poterat conuerti, sed illud respuit, & noluit. Theophylacti mira est sententia. *Διότι ἀντιθέτως ἡ ἀπορία τῆς ἐξουσίας τοῦ ἰσχύειν ἐν τῷ ἑαυτοῦ, ὡς ἐκείνους ἀντιθέτως, ὡς ἐκείνους. Quapropter & suspensus se, ut antequam Iesum in infernum, & orans salutem consequeretur. Non est credibile ei, qui hæcenus Christo non crederet, nunc credere capisse, aut ita errasse, ut putaret mortuo dandam veniam peccati mortalis in quo moriebatur, aut quod moriendo, sui parricidio committeret.*

§. 3. Non tamen sequitur malum esse timorem, ut Lutherus art. 6. in illis, qui à Leone 10. damnati sunt. Nam timor initium est conuersionis. Ita. 26. Ecclesiæ. Match. 3. Luc. 12. Act. 24. Trid. Sess. 6. can. 8. Cyr. let. 4. de Moralit. Amb. serm. 15. super Psal. 118. Basilis in Psal. 33. Greg. hom. 54. in Euangel. Non est perfectus quidem timor, hæc est caritatis prerogatiua, ut Augustin. tract. 9. in Epist. Ioan. exponit. Ideo timorem foris mittat caritas perfecta. Quamuis melius hoc de mundano timore idè Augustinus interpretatur tract. 92. in Euang. Ioan. Grauis enim ille timor est, & perniciōsus seruitutem Dei ut duram, & asperam refugiens. Habuit hoc ille à Magistro suo Ambrosio Epist. 74. Iudæ & Impiorum tamen ideo timor ad desperationem eos adduxit, quia carnalis erat, solo pœnitentium vel temporalium, vel gehennæ metu crimen fugiens, aut detestans, alioqui si absq; eo foret, diligens atque inhaerens, quem timorem Scholastici feruilem seruilem vocant, cum tota voluntate in flagitia feruntur effrenes, abstinere tamen inuiti, dum ante oculos supplicia intuentur. Tales cum timore faciunt præcepta, aliter, quam debet faciant. Sic Augustinus contra duas Epist. Pel. 1. 3. c. 4. *Qui ex cupiditate terrena, metuque carnali, præceptum facit, proculdubio inuitus facit, ac per hoc ex timore animo non facit. Mauult enim omnino non facere, si securum videret, quia cupit, & metuit, permittatur impune. Ac per hoc in vultu timore intus est rem, ubi ipse, qui præcipit, insitit Deo. Itaq; timor non ἀνταρξάτω ἀνταρξάτω: omne necessarium natura est molestum, & facienti homini, & cui præstat officium, Deo. Non enim tam facinorosa displicent, quam eos ignominia, pœnæ, scelera. Sic Iudas Pilatus, Herodas, alijq; post ingentia atq; immania facta manus sibi inferunt, ut contumelijs & calamitatibus se eximant, non quia peccata sua odènt, sed quod eorum fiducia, scilicet opibus, & honore frui non possint. Itaque eorum tristitia Deo non placet, etsi enim manum continent, animum non coercent, imo magis, magisq; incitant. Nec vllus etiam in sacerdotibus pietatis est sententia, in inquit, videris? Quid ad nos? *ἡμεῖς οὐκ ἐσμὲν ἄνθρωποι. Tute ipse videris.* Nostro nos arbitrio vtemur. Nec Iustum esse negant, nec passuros innocentem pollicentur.*

VERSVS 5.

Et proiectis argenteis in templo, recessit: & abiens laqueo se suspendit.

QUESTIO I.

Quo leto perierit Iudas?

§. 1. **P**eruersa Iudam pœnitentia deduxit ad interitum. Non enim amore iustitiae, aut odio sceleris mœstus est, cuperet enim peccare perseveranter, ut exposui. Quocirca iniuriam Catholicis Caluinus irrogat, dum eorum pœnitentiam calumniatur, & negat Caluinos contritione, oris confessionem cateraq; credere.

Hoc si vel vno in scriptore Caluinus legisset posset excusari, aut si verba aliqua, ex quib. veri aliqua similitudine deduci posset videretur, adferret, minus impudens videretur. Nunc vero cum omnes Catholico, etiam Catechismi, conciones, disputationes requirant regum cordis

551

meam grauiorem. Nam fat scio, & vobis saepenumero dixi, hoc
quod in me videtis, esse rem nouam & inaudita. Et exclama-
uit. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Dicant ei.
Si Iudas superuixisset, se receperat ad Christum, & Deus ei con-
donasset: cum tamen tam graue scelus ademerit. Christum pro-
dendo, à quo & pascēbatur, & honorabatur. Et ille: Christus me
quod & pascēbat, & honorabat, inquit, nec tamen huius mea
proditionis, qua Christū prodidi, grauitas leuior est, quam Iuda
fuit: propterea quod cum Christo fuisset, dum esset in corporis in-
firmuitate, nihilo plus est, quam cum eo esse spiritus, eumque spiritus
cognoscere. Vere autem Iudam potuisse resipiscere, id equidem
non credo: quoniam iam erat ab eo facultas ablatā, pr & ipse à
me ablatam sentio. Tum Episcopus: Francie, inquit, si fateris
te in numero & conditione damnatorum esse, crederes nullo
modo debere, qua presens tibi dicitur error: quoniam diabolus est
mendax, & tibi mille dicitur mendacia. Verum nobis fidem ha-
bere: quos bono in statu esse iudicas. Et nos tibi dicimus, Deū tibi
propitium fore, confide. Et ille: Sic modus est, inquit, Nec vobis
credere, nec Dei possum clementia confidere. Vellem posse. Ideo
illud possum dicere, & me in imperfecto, vellem, esse. Cuperem
Deo posse fidere, sed nequeo. non enim in presenti verior: quare
nequeo illud dicere, volo.

Et Epist. 2. Mirum est, inquit, me Deum invocare velle, & non posse. addit se damnationem suam videre. Et Epist. 1. p. 152. Nihil isti credo, inquit, nihil confido proptus, spem omnem abiecti, damnatus sum, vt Caius, vt Iudas, qui omni abiecti a diuina misericordia spe atque fiducia, desperauerunt. Ac domesticis mei, & familiares erant longe, qui non me sinunt ad diaboli domū, quo merui, cuique proficisci. Cumq; de ijs, qui dixerat, obtrugeretur, rogareturq; ne hanc iniuriam Deo opt. Max. faceret, fiduciam clementia eius abijciendo: respondit: Misericordia eius amplissima est, completitur n. electos omnes, non me aut meo similes: me verò damnatio aeterna completitur ab necessitate, quam etiam me promeruisse confiteor quoniam eum abnegasse. Mea me damna iudicatq; conscientia: nec alio mihi iudice opus est. Tunc dixit ei quidam Et Petrus Apostolus Christum abnegarat, qui tamen Dei misericordia fletus ploratq; eiq; peccatum condonatum fuit. Hic ille. Si Petrus, inquit, doluit, idcirco factum est, quod Christus eum respexit. Si ei condonatum fuit, non quia fletit, sed quod eum respexit Deus. Cū vero de crucifixione legeretur, Ea, inquit, electorum est consolatio. Et pag. 154. Deus qui se negarunt in fidem recipere non vult. Et Epist. 3. p. 159. Et ille: sentio, inquit, me eū ad penam meam invocare. Hac enim mihi superest cognitio, vt eum ore innocare possim, idq; in penam meam grauarem. Nam scit scio, & vobis sapienter dixi, hoc quod in me videtis, esse rem nouam & inauditam. Et exclamauit: Horrendum est incidere in manus Dei viuientis.

Addit deinde. Vere autem Iudam potuisse respicere id
equidem non credo; quoniam ea erat ab eo facultas ablata, vt
& ipse a me ablatam sentio. Et Epist. 5. p. 165. Confirmo vo-
bis me quidem optare vt sperem, sed sperare nequeo. Omnia
dona a me Deus abstulit, fidem, spem, & alia omnia. Quæ
autem sibi sine relicta ad maius tormentum esse. Et, si
vel minimam stillam diuinæ clementiæ sentire pos-
set, non deieceraturum vel mille annos continuos,
vel amplius inferorum pœnas persequiscere. Nec ne-
gat se optare mori, sibi liberos ad torquendum datos,
qui viciū in vita retineant. Dei verbum quoties au-
dit sibi cumplum ad damnationem esse. Denique se-
pe dixit se innidere Caino, Saulo & Iudæ. Hæc Para-
uij contigisse recenset Gryneus, qui tamen illo facto
est in Caluinismo factus obstinatio. Talis autem in-
cessere omnes eos solet desperatio, qui certos se de sa-
lute sua sibi persuaferunt, postquam autem illa fidi-
ciatio cedit, in hoc barathrum incidunt. Hi in hoc tor-
mento, quod figere non possunt, contabescunt. His
ad laqueum exemplo præit Iudas.

§. 2. Iudas conscientiae flagella perferre non
potuit ideo ἀνίσταται, hoc est, suffocavit se, Syrus
כנעץ קנעץ Kanac naphschech, strangulavit ani-

Avaritia.

mā suam. Ideo enim ἀνεχόμενος recepit, ut secretum sceleris pereret, & nedum infamis leti ab alta trabe neceretur. Vide de genere mortis Bedam de locis sanctis. c. 4. Oecum. in act. c. 5. Euthym. in Matth. c. 26. Cedrenum in compendio ex Papiā. Baron. anno 34. Constat igitur desperationem causam illi mortis fuisse, & suspensum crepuisse medium, & omnia eius intestina effusa, act. 5. Hinc Chrys. in hunc locum, quantum sit malum avaritia demonstrat. Audite avari, inquit, pecuniam amisit, scelus admisit. Nec modo pecuniae redhibetio, sed ipsum etiam suspendium Iudeis ora obstruxit, qui socij erant, imo auctores & principes malorum. Egregie Chrysost. hoc loco. Σκόπει δὲ, πότε μετamelῆται, ὅτε ἀπὸ τῆς τῆς καὶ τῆς ἑλᾶβεν ἡ ἀμαρτία. τοῖς τῶν δὲ οὐκ ἀβόλοις, & ἀφῆσι τὸς μὴ νήφοντας ἰδεῖν πρὸ τῆς τοῦ κακῶν, ἢ αὐτὸς μὴ μετνοεῖται σὺν οἱ ἄλλοις. Tu vero cogita, quando illum penituit, quando ad exitum scelus iam omnino pervenit. Talis nempe diabolus est, ut non dimittat hominem (nisi rigilet) ante ultimum effectum magnitudinem peccati prauidere, ne penitentia ductus, a peccato resiliat.

§. 3. Augustinus l. 1. c. 17. de ciuit. Dei, contra gentiles monet, nunquam licere vim sibi adferre. Nam vique si non licet priuata potestate alicui hominem occidere vel nocentem, cuius occidendi licentiam lex nulla concedit, profecto etiam qui seipsum occidit, homicida est. Et tanto sit nocentior, cum se occiderit, quanto innocentior in ea causa fuit, qua se occidendum putauit. Nam si Iuda factum merito detestamur, eumque veritas indicat, cum se laqueo suspendit, scelerate illius tradit omnia auxisse potius, quam expiasset commissum (quonia Dei misericordiam desperando exitiabiliter penitens, nullum sibi salubris penitentia locum reliquit): quanto magis a sua nece se abstinere debet, qui tali supplicio, quid in se puniat, non habet: Iudas enim cum se occidit, sceleratum hominem occidit; & tamen non solum Christi, verum etiam sua mortis reus finivit hanc vitam, quia licet propter suum scelus, alio scelere suo occisus est.

VERSUS 6.

Principes autem sacerdotum, acceptis argenteis, dixerunt: Non licet eos mittere in corbanam, quia pretium sanguinis est.

QUESTIO I.

Cur non licuit mittere in Corbanam?

Corbon.

§. 1. Corbona Syriacè, locus erat, in quem dona conferebantur, quæ Deo sacrabantur. Syrus appellat בית קורבן Beth Kurebana, domum oblationis; dicitur sic קרב quod est appropinquare, & in actiuis coniugationibus, facere ut appropinquet, adiuuere. Estque verbum proprium facis oblationibus. Itaque septuaginta cum de victimis agitur verunt πρὸς φέρειν, & ἀναφέρειν, etiam crebro προσφέρειν, adducere. ἀναφέρειν offerre Leuit. 3. 14. Deut. 1. 17. προσφέρειν adferre. Exod. 29. 3. Leuit. 1. 3. & in eodem Leuitico facile quinquages, ut alia loca omittam. At קרבן est omne munus quod Deo offertur: quod scilicet ad Deum adduceretur. Hanc igitur pecuniam negant esse posse donum Deo gratum. Nam precium sanguinis est. Syrus retinet vocem Græcam, ἱερὸν, & glossa marginalis annotat מן לשון יר Menleshon Iauan, Ex lingua Iauan vel Ionica. Precium sanguinis, seu proditiōis offerri Domino non licuit. Arca erat in Gazophylacio in quam injiciebatur muneraria Deo dicata. Vide Marci 12. 41. Magna in ea vis pecuniarum custodiebatur, quam expendere ad aqueductum Pilatus voluit, unde & exorta est seditiō. Ioseph. l. 2. c. 8. de bello Iudaico.

§. 2. Intolerabili penitus hypocriti seipsum elidunt. Cum ararium sacrum infanda mercede violare, ac profanare formidant, ipsi vero innocentem sanguinem effundere non exhorrescunt. Quasi metalli contagio suo locum contaminet, pactione sanguinis pollutum, mentes eorum plenæ sanguine innocentis, sint puræ. Eo vero indignior est simulatio, quod ex eadem sacra pecunia videtur sumpta, ita enim plerique existimant. Imitati sunt Iudæi Chios, qui cum pacta pecunia Paçyam Harpago dedidissent, & agrum Atamensem in solutionem accepissent, statuerunt nihil inde Dijs offerendum. Quod eos sceleratas victimas abominari crederent.

§. 3. Ecclesiarum opes, & quæ in templis reperiuntur ad Eleemosynas arca occasione, Corbanem, seu comprehendit Bull. ngerus. [Ea in re Iudaici sacerdotes magis Papisticis meliores & doctiores fuerunt. Nam hido-mis sanguine adhuc madentibus, templi aras, & idola sua ornant ineptissimi avarissimique. Docuerunt ex his alique rapinam, & quauis iniuria partam pecuniam tunc legitime possideri, cum ipsi quoque in participium admittuntur, cum diuis, siue idolis, sacro ordini, deuotis, inquam, fratribus non exigua cedit portio. Corban exposuit S. Marcus in 7. cap. & dixit significare oblationem siue donum. Corbona igitur erat gazophylacium aut ararium templi, in quod mittebantur & conseruabantur templi donaria. Vnde Hieron. dixit, non mittunt pecuniam in Corbonam, hoc est, in gazophylacium & dona Dei. Nostri certe sacerdotes hinc nimirum mutuauerunt, & in templis constituerunt suum illum Hedenlosen Korb/ den niemands erfüllen mag. Fuerunt quidem priscis Ecclesijs sua quoque gazophylacia, sed vnde alebantur pauperes, & subueniebatur calamitosi torique necessitati Ecclesiastica, studijs ac studiosis, ministrisque rerum sacrarum.

Respondeo. Quod ad idola attinet, nulla nobis sunt, nulla ornatus. Donis sanguine madentibus ornare aliquando templa, ducimus a pietate non alienum. Gladius Goliathicus erat inuolutus pallio post Ephod. 1. Reg. 21. 9. Gladius infectus hostili sanguine: nec illa Deo gratiarum actio displicuit, qua tota victoria illi accepta referebatur. Nec causa vlla est, cur non de spolijs hostium in templa inferre liceat: imo ex illis ipsi Ecclesias licet exstruere, de bello iusto, spolijsque belli legitimo iure acceptis. Nam Deus ea dona, tanquam potentia, iustitia, clementia suæ monumenta non rejicit. Quocirca voluntatis suæ luculenta signa edidit Iosue 6. 18. Vos autem caute ne de his quæ præcipiunt, quippiam contingatis, &c. Quicquid autem auri, & argenti fuerit, & vasorum æneorum ac ferri, Domino consecratur repositum in thesauris eius. De his thesauris 3. Reg. 7. 51. 4. Reg. 12. 18. 1. Par. 9. 26. & 26. 20. & 23. & 24. 2. Par. 5. 1. & 16. 2. Nec desijt post captiuitatem. 1. Esd. 8. 29. Thesaurum igitur vetus Ecclesia habuit, imo & noua positis ad pedes Apostolorum facultatibus. Nec hostiū facultatibus ad Dei gloriam vi, quicquam habet reprehensionis.

Quod vero addit: Docuisse aliquos pecuniam iniuria partam, tunc legitime possideri cum ipsi quoque in participium eius admittuntur: recte omnino fecisset, si illos aliquos nominasset, nos enim vllos omnino negamus esse, aut si aliqui fuerunt; hoc ipso non negamus, & tanquam furtorum, rapinarumque Doctores damnamus. Quæ enim per iniuriam ablata sunt, Dominis suis, non templis, non diuis, ne Deo quidem restituenda sunt. Nā quod Guido Catechizans ait, quosdam Græcos in eo fuisse errare, ut dicere, non opus esse restitutione, sed posse fieri ex communi furtis Eleemosynas, ad orthodoxos non pertinet. D. Thoma. 2. 2. q. 62. articul. 5. docet restituendum Domino